Quæ eſt ſecunda?

Si inferior character par eſt ſuperiori, cyphra ſeu nulla o, ſubtus lineam directè ſuo ordine ſcribatur, hoc modo:

4 4 4 4
4 4 4 4

Hic dico, 4 ſubtractis à 4, remanet nihil ſcribo igitur ubiq; o ſub 4, hoc modo:

4	4	4	4	7
4	4	4	4	X
0	0	0	0	7

Quæ eſt tertia?

Si character inferior minor eſt ſuperiori, is ab hoc ſubtrahatur, & reſiduum, transfoßis utriusq; characteribus, ſubtus lineam ponatur, hoc modo:

8 7 6 5
5 2 3 1

Hic dico, 1 ſubtracto à 5, remanent 4, quæ ſcribo ſub 1: 3 à 6. remanent 3, quæ ſcribo ſub 3: 2 à 7. manent 5, quæ ſcribo ſub 2. 5 ab 8, manent 3. quæ ſcribo ſub 5 hoc modo:

				8
8	7	6	5	X
5	2	3	1	
3	5	3	4	8

Quæ

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG